



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Matriomonium quid sit. tit. 127

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Si Deus nō vult remittere æternam pœnā, aut cō-
mutare æternam pœnā in tēporalem pœnā prop-
ter Christum: Ad quid valet pœnitentia, contritio,
confessio, satisfactio? ergō tollitur tota pœnitentia.

MATRIMONIUM

quid sit.

TITVLVS CXXVII.



RIA sunt notanda. Primò, quid sit ma-
trimonium Christianum: Secundò, cur
institutum à Deo: Tertiò, qui sunt fru-
ctus.

Primò, matrimonium est copulatio
& mutua deuinctio corporum maris & foeminae, iux-
ta præceptum Dei, procreandorum liberorum cau-
sa, & vt in vera fide mutuò se diligant, & alter alteri
adiutorio sit, vsque in finem vitæ. Primum patet
1. Corinth. 7. Mulier potestatem corporis sui non ha-
bet, sed vir, & è diuerso & cætera. Ideò super
corpu vxoris vir habet potestatem, & è diuerso,
non autem super animam. Neque animæ desponsan-
tur viri & mulieris, sed corpora, omnis anima Deo,
& Christo Domino nostro desponsatur per fidem. 2.
Corint. 11. Despondi vos omnes vni viro & c. Cogere
ergo virum ad falsam fidem, sicut faciunt Anabap-
tistæ, & soluere matrimonium, non habet potestatem.
Secundum patet, Genes. 1. Creauit Deus masculinum
& foeminam, & dixit eis: Crescite & multiplicamini.
Tertium, Faciamus homini adiutorium simile sibi,
Genes. 2. adiutorium fidele & c. amore prosequens, v-
bi fornicatio excluditur, & fides exigitur, opem fe-
rens, vbi ambo laborare tenentur & c. Quartum, Ro.
7. Mortuo viro, soluta est mulier à lege viri: quod er-
go Deus coniunxit, homo (id est, fornicator) non se-
paret, Mat. 19. Sic qui nubit in domino, id est, propter
præceptum

X x 3

præceptū Dei & ordinationem, non peccat, 1. Cor. 7. Plus est igitur Christianū matrimonū, quod ppter dē & Dei ordinationē cōtrahitur, quā naturale ppter sexū, diuinitas, pulchritudinem, sic enim genū contrahunt, &c.

Secundò institutum est propter prolem Gen. 1. aut ad cuitandam fornicationem, mollitiem, vel aliam munditiam, &c. suam quisque vxorē habet, & licet matrimonium excuset à peccato naturale vñ, tamen si iste naturalis vsus mutatur, grauius peccatur etiam in matrimonio, & tanto peius, quod licet sit sanctior. De quo innaturali & Sodomico vsu Paulus ad Rom. 1. loquitur, & de mollitie 1. Cor. 6. & de immūditia, Gal. 5. Ephes. 5. & concludit, quoniam tales regnum Dei non possidebunt, & etiam aliā quandò Deus. hic in præsentī punit in filijs peccatorum, vt aut fatui, aut leprosi sint, &c.

Tertiò, fructus matrimonij sunt benedictio Dei in hac & post hanc vitam singulare præmiū. Nam fides, quam mutuò sibi seruant cōiuges propter Deum, id est, nè vtrā ad alterum quis accedat & adulteret. Deus pro magno bono opere reputat, quod etiam præcipit, Exod. 20. Nō adulteres, neque concupiscas &c. Secundò, Labor in prole educanda. Idè dicit 1. Tim. 2. Apostolus, quòd mulier saluabitur per generationē filiorum, si permanserint in fide Christi f. & dilectione id est, vnitāte Ecclesiæ, & sanctificatione vitæ propriæ, id est, si sobriè, piè & iustè vixerint, Tit. 2. Tertiò sacramentum, id est, vinculum, quo sese mutuò cōnectunt cōiuges in infirmitate, senio, & supportatione defectuum vsque ad mortem, magnum præmiū apud Deū habebit. Sic docet, 1. Pet. 3. Apostolus, Viri cōhabitent, id est, maneant cum suis vxoribus. Secundò, honorē impertiāt, vnus alterā nō repute pro re militari, sed sicut Sara vocauit Abrahā dominū suū. Tertiò, vt vī mulieri tamquā infirmiori vasculo parcat.

Mulier

Mulier virum, sicut caput, honoret, &c. Hoc est honorabile cōnubium, &c. Fornicatores autem maledicit & punit Deus, Heb. 13.

AN DISPAR FIDES IMPEDIAT MATRIMONIUM.

TITVLVS CXXVIII.

FERIA nōtantur. Primò, vbi sit dispar fides. Secundò, quare impediatur matrimonium: Tertiò, fructus, id est, quomodo parū apud Deum est gratum & meritorium tale cōnubium.

Primò, dispar fides duplici via accidere potest, aut circa Christum, vt Iudæi negant Christum, Christianus confitetur Christum, Deum & hominem & saluatorem Messiam totius mundi. Et talium filij non possunt copulari matrimonio. Nam hoc Deus prohibuit Deut. 7. Et Esdras separauit 1. Esdræ 10. cognoscens quòd idèd Iudæi captiui essent ducti in Babyloniam & sic in veteri testamēto prohibebatur matrimonium inter tales, id est, Iudæos & Gentes. Secundò, vel est differens fides, circa obedientiam & unitatē Ecclesiæ, aut sacramēta & cæremonias, &c. Alioqui in fide Christi sint consentientes. An hæc disparitas impediatur matrimonium? Respondeo, Paulus permittit fidelem Christi, si vult cohabitare infideliter quod possit, 1. Corin. 7. & concludit, quòd sit verum matrimonium. Nam vnus illorum coniugū, quòd fidem habet, sanctificat alterum. Fides vnus facit ne cohabitatio sit peccatum. Si autē infidelis vult discedere, discedat. Hinc alterum sequi non tenetur, sed liber est. Sic Apòstoli, nascente Euangelio Christiani, permiserunt cohabitationē, & libertatē. Secūdo, statutum est Ecclesiæ, 28. q. 1. Non oportet: Non oportet cū hominibus hereticis misceri cōnubia aut filios & filias dare. Sed bene possunt accipere catholici hereticos, si